

magis pre omnibus alijs bonis opibus haberet cōplacentiaz ostenderet: et in quo homo magis mereretur. Et dum suā sic longo tpe continuaret petitionē cum magno desiderio: tandem cum deus exaudivit tali modo. Nam cū semel solus in sua cella deum exoraret et in dicta sua petitione staret: quidam ad ianuam celle sue pulsavit et ipse exiens ianuam aperuit et ante ianuam cristum crucem magnā in humeris portantem vidit. Hic iste frater ad pedes eius cecidit et ipm quid hoc significaret rogavit. Qui ait ad fratrem. Multum tpe rogasti me vt significare tibi quid sit gratissimū tibi seruitiū in quo maxime complaceā. Ecce nunc tibi demonstro. certe qui portat crucem per iugem mēoriam mee passiois in gratiarū actione. hic exhibet tibi placentissimū seruitiū inter omnia opa bona magis meritoria. Et cum hec dixisset ab oculis fratris evanuit. frater vero de sua exauditiōe multum gaudens et cellam suā intrās torum se ad memorandū cristi passionem cum lacrimis quorū die dedit et in breui in magnū sanctum virum plurima facientem miracula crevit etc.

Sacerdos celebraturus ad locum

cū secretū vadat et ibi se recolligēdo disponat. Cap. xvij.

Sacerdos igitur missam celebraturus ad locum secretū et maxime in secreto noctis silentio vadat et a cunctis se inquantū potest abstrahat et intra semetipsum totum se recolligat. vt nec sensus nec cogitatio ad aliquid aliud diffundatur suamq; conscientiam diligenter discutiat et qd vitiosum inuenerit lacrimarum habundantia lauare studeat et a deo omnium suorum peccaminū absolutionem a pena et a culpa nunc et in hora mortis sue sibi donari petat. Nam decet magna a magnis petere quos etiam dona magna decet dare. Nōdo non est maior dominus q̃ deus noster omnipotens qui quanto plus dat tanto plus abundat. Nam peccator mortalis est ipsius dyaboli q̃ui si suorum omnium peccatorum veniam a deo humiliter petiret deus sibi donauerit. Hic erit ipsius dei qui prius fuerat dyaboli. Deinde post remissionem omnium suorum peccatorum petat gratiam dei: sine qua nullum opus bonū potest perfici: vt est memoria passionis cristi.

Capitulum decimū octauū.

Deinde se inquantū potest humiliet ⁊ recorderetur electi abrahe
qui se solūmodo loqui cum deo estimauit indignū dicens Lo
quor ad dominū meum cum sim puluis et cinis. Siliter san
ctissimi iohānis baptiste qui se reputauit indignū ad soluendū
suorum corrigiaz calciamentorū et ad tangendū verticem eius
sanctum: sicut scriptū est de eo. Contremuit baptista et nō au
det tangere sanctum dei verticem: et dicat cum his. Ego mi
ser infinita maiora debeo facere videlicet ipm cōsecrare: tracta
re: sumere et māducare: cum etiā non sim solus puluis sed etiā
peccator vilis et abiectio plebis: et si cum nō sumsero cōmina
tur mihi malum dicēs. Nisi māducaueritis carnem filij hoīs
et biberitis eius sanguinē non habebitis vitā in vobis: videli
cet in gratia mea radicata et fundatiua. Sed si fecero ipse pro
mittit mihi magna et mirabilia dona in hac lachrimarū valle
vt videlicet q̄ ipse in me maneat et opere per me oēm suā vo
luntatem vsq; ad mortē includat: et vt ego maneam in eo p̄ ius
ge desiderū veniendi ad eum in celestem patriā ad quam nos
pie inuitat. d. Venite benedicti patris mei percipite rē. Et alibi
dicit. Venite comedite panem meū et bibite vinū quod miscui
vobis. Hec em̄ et plura similia merito deberent nos puocare
ad sepius ipm deuote recipiendū. Nam quelibet digna cōmu
nio erit tibi iuuamen in celo et plus augmētabit tibi gaudium
quo ad essentiale premiū q̄ si mille claustrales post mortē tuā
pro te orarent: aut si mille sacerdotes pro te orantes celebrarēt
q̄ magna est distantia inter tp̄s gratie ⁊ tempus iustitie. De
dit em̄ nobis misericors deus in isto salutifero tpe gratie diem
pro anno. Noli ergo mi frater te negligere in isto tpe gratie.
sed diccū magna cordis deuotiōe ⁊ in vera p̄tritione ac firmo
pposito vltius te nō velle peccare saltem mortaliter. Deu me
miserum peccatorē quis dabit aquā capiti meo ⁊ oculis meis
fontem lachrimarū: Utinā flere possem guttas seu lachrimas
sanguineas vsq; ad nouissimū diem p̄pter peccata mea infinita.
Peccaui em̄ super arenam maris: et nō sum dignus videre al
titudinē celi p̄ multitudinē peccatorū meorum: qm̄ sentio me
sepius et quasi semp̄ indigne accessisse et non digne disposituz
fuisse ad tractandū dominū meum altissimū. O summa maien
stas. O inexhausta caritas. quantā irreuerēciam exhibui tibi.

*De vltimo p̄p̄o in
v. 1. d. 1. m. p̄p̄o*

quam etiam nec exprimere valeo nō tñ ideo desperabo. sed ad
 te misericordie fontem cōfugio sicut egrotus ad medicū. qui cō
 fugientes ad te publicanos et peccatores semp misericorditer
 suscepisti. et ideo peto te humiliter o mi dñe biesu cristi vt pro
 pter meritū tue sanctissime passionis des mihi veram deuoci
 onem et sufficientē p̄tricionem. et laues me ab iniquitate mea
 in sanguine tuo p me effuso ad digne ⁊ deuote per amplius te
 tractandū et sumendū: ⁊ diuinū misse officium laudabiliter per
 ficiendū tibi ad gloriā et laudem et oīm fidelium tuorū viuorū
 et mortuorū ad salutē amen. ¶ Exemplū. Erat quidam frater
 in bereino qui satis austeram et strictam vitā ducebat. sed non
 fm sciētiā. i. volūtatem dei. Nam ille frater non comedebat
 cibos hoīm sed pecorū. Ipse em̄ summo mane finitis suis ora
 tionibus exiebat de cella ad siluam et cetera loca amena et so
 lūmodo comedebat radices ⁊ herbas cibos iumentorū. Et in
 maximā sibi penam abstinebat ab omnibus cibis hominū et
 se maxime affligebat in quo se deo obsequiū maximū prestare
 credebatur. Videns vero deus suā simplicitatē misit ad eum an
 gelum qui sibi diceret. Q mi frater nimis te affligis sed fructū
 modicum reportas. Melius esset te in cella tua manere et ci
 bos hominū comedere: et quotidie cristi dei tui passionem et
 eius turpissimā mortem per quam te ⁊ totum genus humanū
 de potestate dyabolica redemit memorari. Audiēs hec frater
 et angelū dei esse intelligens. de cetero in cella mansit et cibos
 humanos comedit et quotidie cristi passionis mēoriam cū la
 chrimis habuit et in breui in magnū et miraculosum virum p
 fecit. Sic mi frater et tu vis facere videlicet cum tuis ouibus
 et beneficio tuo in seculo manere et cibos humanos comedere
 fac mi frater et secundū. et habe quotidie dei tui biesu cristi
 cum lacrimis memoriam passionis et saluus eris.

Debanus nesciēs habere cri

sti passiōis mēoriam petit a fratre religioso informari. La. cix.

¶ Si Bermane angustie sunt mihi vndiqz quocūqz
 me diuerto. et nimis angustā facis mihi viam que
 o ducit ad patriā. Nam mihi nunc scribis de alia via
 p̄ter ingressum religionis. videlicet de dñice passiōis